UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Emblema II. tabulæ ad dextram. De ordinatione Breuiarii Romani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Visual Library

Emblema II. Tabulæ ad dextram.

De ordinatione Breuiarij Romani.

noluit enim:

Multis libris compræhenſa, vno volumine breuiare. 2. *Mac.* 2.

OMNIS inſtitutio Eccleſiaſtici Officij, veteris pręſertive, quæ ab eo inuenta, & approbata eſt, *Platina teſtè in eius uita*, Et in his præcipuè Romani Breuiarij quo, vſque ad hæc ferè tempora Eccleſia Romana uſa eſt, *Idipſum Panuinio in Epitome approbante*, per multitudinem quandam librorum in ſecundo myſterio deſignantur. Horis enim Canonicis, uerſum, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandi me feſtina, qui à S.P.N. Benedicto primam in ſuis Monaſteriis, tiſdem anteponi iuſſus fuerat, ab uniuerſa Eccleſia, præponi auctoritate Pontificia præcepit, adiectis Gloria patri, & ſicut erat, *Faſciculus temporum; & Polyd. Virg. de inuent. rer. li. 5. c. 2.* Hoc ideo, ut inuocatio diuinæ opitulationis, initio cuiuslibet actionis aſſumpta, faciliorem faciat, & poſtulandi conſtantiam, & obtinendi uirtutem.

Antiphonario de nouo compoſuit. *Io. Belet. c. 58. Iacobus Pamelius in præfatione ipſius Antiphonarij.* in quo complura officia tam de tempore, quàm de ſanctis, ut Quinquageſimæ, *Rat. Diu lib. 6. c. 24. & 27.* Codectus omnes Dominicarum totius anni poſt Pētecoſten & Epiphaniam, maximè, *Microlog. c. 38.* officium totum Circumciſionis, ſeu octauæ Natiuitatis Domini cum Collecta, Deus, qui ſalutis æternæ, *Microl. c. 39.* orationem, ſupplicatione ſeruorum tuorum, quæ ſeruit die Natiuitatis Diuæ Virginis Mariæ, *Rodulph. prop. 23.* officia Sanctorum Pontificum Romanorum, ut S. Marcelli Papæ, Felicis, & aliorum cum antiphonis, ſtatuit ei, & Sacerdotes ſancti, *Microlog. c. 43.* & alia multa, quæ longum eſſet recenſere, de nouo adiecit, totumque officium Eccleſiaſticum, ſtilo adeo pulchriori & compendioſiori renouando compoſuit, ut uſque hodie permanens, denominationem ab eo, Gregoriani officij, ad Ambroſiani, differentiam, acceperit: *Faſciculus temporum, & alij.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN